+

Evictorem, Vel aliis quibuscunque dilationibus et legalibus im=
pedimentis non differendo, ad quietationem prædictæ ultra
proximos officij præfati Castrensis Capitanealis Premisliensis
Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque
motiones, appellationes, ac earum prorogationes faciendo,
ac præmissa omnia pœnis simplicibus vel triplicatis
Evictionibus, Suspensionibus, fatalitatibus præsumptione
Terrestri, bello, conventioneque, ac aliis omnibus Juris re=
mediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio
quovis evadendo. Hac sua præsenti personali recog=
nitione ad præmissa omnia et singula mediante.

Zahorska Podhorodeckie mu Donat 1337

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus
Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Nobilis Marianna
Podhorodecka olim Nobilis Pauli Podhorodecki Bykowicz
cum Nobili Anna Kruszelnicka procreata filia, primarum
olim Nobilis Georgij Witwicki, ad præsens Vero secundarum nu=
ptiarum Nobilis Casimiri Zahorski Consors legitima sana men=
te et corpore existens, a Terrestribus Districtibus Juribus, Jurisdictionibusque
suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo præsenti
Vero Castrensi Capitaneali Præmisliensi Jurisdictioni quo ad
actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis gene=
raliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque su=
bijciendo palam, libere, publice ac per expressum recogno=
vit. Quia ipsa cum præfati mariti sui V. G. Tutoris Conjuga=
lis personali assistentia et Voluntate, ad infrascripta recogno=
scenda Consensu, bona sua propria et hæreditaria infra=
scripta post prædictos Parentes suos in se Recognoscen=
tem devoluta, nempe Osiadlosc Kalinowska inter metas ab Una

Laboriosi

+

Laborioso Mathia Kozaczy dictt ab altera vero parte Nobilis
Mathia Czemienowicz Podhorodecki, item duće niwce na Knia
zynin dictt, alteram vero na Dubrowym ad metas Magnifici
Tarło Situatas, item na Wielkim Kawałek ad eandem sortem
spectans in Villa Podhorodce sitt in Palatinatu Russia Terra
vero et Districtu præsenti Præmysliensi iacens et consistens
cum omni præmissorum Iure Dominio proprietate et hæreditate, titulo
hæreditario, cumque omnibus et singulis bonorum eorundem
seu sortium præfatarum, utilitatibus, fructibus, proventibus
redditibus, commodis, emolumentis, et obuentionibus qui:
buscunque, attinentiis et pertinentiis generaliter universis, nihil
ex præmissis Iuris Dominii proprietatis hæreditatis, aut cuius:
vis Competentiæ et prærogativa pro se Recognoscente suisque
successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo
sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generi
per speciem et e contra in nullo derogando, verum ita late longe
circumferentialiterque prout præfatarum bonorum seu sortium memo:
ratarum hæreditas se in suis metis et limitibus ab antiquo exten:
dit et prætenditur, et prout eadem bona ipsamet Recognoscens
tenuit habuit, et possidebat, ipsamque concernebant ac eidem
legitime serviebant, Iam ex nunc et de facto Nobili Iwano
Podhorodecki Doroszewicz eiusque posteris dedit donavit inscri:
psit et resignavit, prout dat donat, ac titulo pura mera per:
petua et irrevocabilis donationis inscribit, et resignat per:
petuo, et in æuum irrevocabiliterque In quod quidem bona su:
prascripta seu sortes præfatas, præmissaque omnia præsentibus
donata et resignata eadem Recognoscens Nobilis Marian:
na Zahorska prænominato Nobili Iwano Podhorodecki
Doroszewicz Donatario suo eiusque posteris, iam ex nunc et

de facto, coram officio præsenti dat et admittit, realem Intromissionem, et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos die quacunque Voluerit officiose accipiendam, per ipsum Donatarium suum, eiusque posteros bona eadem bona præsentibus donata, cum omni Jure Dominio proprietate, competentiaque et prærogativa quavis tenendi habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice Uti fruendi ac ad haeredum suorumque successorum quorvis bene placitos Usus fructus libere et effectualiter convertendi perpetuo et Aeviternis temporibus. Debetque et tenebitur memorata Recognoscens Nobilis Marianna Zaborska prout se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque quibusvis pecuniarijs habitis et habendis supraseripto Nobili Iwano Hodhora dicti Doroszewicz Donatario suo inscribit et obligat præsentibus ipsum et eius Successores in dictis bonis præsentibus donatis et resignatis, et ratione eorundem omnium, ab omni atque quavis impetitione iuridica, quarumcunque personarum, cuiuscunque Conditionis status et sexus cuiusvis existentium ex occasione Suprascriptorum modo quovis exorienda per omnes Praescriptiones Terrestres, prout ad quamlibet personam Terrestris spectat et pertinet præscriptio in omni Judicio et officio Regni, semper toties quoties opus fuerit, tueri defendere, evincere, intercedere et eliberare, indemnemque cum posteris reddere nec non bona præfata seu sortes memoratas præsentibus resignata ab omnibus in genere Juribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus, super eisdem bonis præsentibus per se Recognoscentem donatis cuiuscunque personarum modo quovis factis et faciendis, tum etiam a quibusvis Citationibus super eadem bona seu sortes memoratas præmissaque omnia præsentibus resignata importatis et importandis, Litis denique et perlitis, processibusque Juris quibusvis in quocunque puncto et gradu Juris dependentibus, et in quovis Judicio et officio

Regni

Regni obtentis et obtinendis, ac super præmissis omnibus
præsentibus resignatis, modo quovis perductis et perducendis
emundare et ablibarare, mundaq; et libera semper facere, ac eti:
am Intromissionem præfatam Coram officio præsenti admissam
in fundo præfatorum bonorum præsentibus resignatorum, dum per
Ministerialem et Nobiles duos officiere requiretur, non denegare imo
debebit et tenebitur, eandem libere dare et effectualiter admit:
tere, datam et admissa eadem, possessionem et Usum fructum
præmissorum omnium et singulorum, quovis modo tam per se
quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas
non præpedire nec adimere, ipsumq; Donatarium suum ac
ipsius Successores in dictis bonis præsentibus resignatis, tam in
toto quam in quavis minima parte non iniuriari, ita Ut ea:
dem bona præmissaq; omnia cum Universis eorundem Utilita:
tibus et Ususfructibus, idem Donatarius suus suis cum posteris
quiete et pacifice præsentis Inscriptionis Donationis Vigore
tenere, habere, et possidere queat, illisq; Uti frui possit, perpe:
tuo et in ævum irrevocabiliterq;. Idq; sub damnis Terrestribus
simpliciter absq; Corporali iuramento taxandis et edicendis
per eandem Recognoscentem Vel eius posteros supra scripto
Donatario suo aut illius posteris, ob non Completionem præ:
missorum omnium et singulorum tam in toto, quam in parte
toties quoties opus fuerit, ad solvendum succumbendis. Pro
quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter taxatis, mo:
do præmisso ad solvendum succubiti, ac pro re aliqua
principali ex præmissis non completa Complenda Citata exi:
stens memorata Recognoscens Nobilis Marianna Zahorska
sive eius successores Ad Instantiam præfati Nobilis Iwani Zad
horodecki Doroszewicz Donatarij sui Vel eius successorum
ad Officium præsens Castrense Capitaneale Premysliense

+

ex tunc recessu supraseripto, quo ad respondendum spectat medi-
ante, semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio
stare, Iuri parere, respondere, damna praefata simpliciter absq
corporali iuramento taxata luere, Inscriptioni praesenti satisfa-
cere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos
os Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus
eundem Terminum primum peremptorium, Ut et alios omnes
Exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper perem-
ptorios, Vera infirmitate, pro maiori minorennitate, Successo-
rum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad
munimenta ad Evictorem, Vel aliis quibusuis dilationibus
et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem
praeterea Ultra proximos Officy praefati Castrensis Capitanealis
Praemysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nul-
lasq motiones, appellationes ac earum prosecutiones facien-
do ac praemissa omnia paenis simplicibus Vel triplicatis Evas-
sionibus suspensionibus fatalibus Iuris praescriptione Terrestri
bello conventioneq ac aliis quibusuis Iuris remediis et defen-
sis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo
Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa
omnia et singula mediante.

Eadem Venerabili Łogoydicz Donat. 1337

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanea-
libus Praemysliensibus Comparens personaliter Nobilis
Marianna Podhorodecka, Nobilis olim Pauli Podhorodecki
Bycłowicz cum Nobili Anna Kruszelnicka procreata filia
primarum olim Nobilis Georgij Witwicki ad praesens Vero
secundarum nuptiarum Nobilis Casimiri Zahorski Consors

legitima